Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/313787

# THESES JURIDICAE INAUGURALES.

32.

# THESES
# JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

HENRICI EGBERTI VINKE,

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

GUILIELMUS JANUS ROYAARDS,

Rheno-Trajectinus.

A. D. XVII M. MARTII ANNI MDCCCLV, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM,

APUD C. VAN DER POST JUNIOREM.

MDCCCLV.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA GIEBEN & DUMONT.

# THESES.

I.

Interdictum Salvianum non datur nisi praedii locatori contra colonum.

II.

Lege 7. C. *Unde vi* nulla JUSTINIANI immutatio continetur.

III.

Ex Lege 7. C. *Unde vi* agere potest etiam ille, qui naturaliter tantum possidet.

IV.

Dejectus interdicto *Uti possidetis* rei suae possessionem recuperare non potest.

V.

Non assentior summo CUJACIO (ad l. 3. C. *de pign.*) dicenti, »creditores," qui non reddita sibi pecunia sine auctoritate Praesidis conventionis legem, ingressi possessionem, exerceant, »teneri generali interdicto momentariae possessionis restituendae debitori."

VI.

Jure Justinianeo creditori retentio rei debitoris competit etiam ex diversa causa.

VII.

Jure nostro superficiarius superficiei dominus non est.

VIII.

Ad probandas divortii causas conjugis confessio admittenda est.

IX.

Neque jure Gallico, neque jure nostro regula valet, hereditatis inter coheredes divisione declarari, non transferri dominium.

X.

Articuli 1116 C. C. commata penultimum et ultimum improbanda sunt.

XI.

Male articulo 1311 in. C. C. statuitur, rei quae casu interiit pretium in solutione non esse, si debitor, ubi res non interiisset, electionem habuisset.

XII.

Sociis anonymae, quae dicitur, societatis nulla datur actio pro socio.

XIII.

Art. 155 C. Merc. ita legendus: *Wisselbrieven kun-*

*nen, zoodra de betrokkene is gefailleerd, door den houder*, cet.

XIV.

Articulo 82 C. Merc. de retinendi facultate, non de compensatione agitur.

XV.

Articuli 777 C. Merc. verbis: *bedriegelijke verkorting*, verum dolum, praeter insolventiae scientiam, contineri puto.

XVI.

Contra tribunal Dordracense (die 26 m. Jan. a. 1852, *Weekbl.* n°. 1343) defendo, reum contumacem eremodicii pronuntiationem contra actorem impetrare posse.

XVII.

Articulus 17 C. de Meth. Proc. explicari debet ex art. 96 eod.

XVIII.

Apparitorum ministerium non restringitur competentia collegii vel judicis, cui adscripti sunt, sed ejus territorio.

XIX.

Ad notionem delicti juris laesio non requiritur.

XX.

Articulo 220 al. 2. C. P. non obstat articulus 207 C. Q. Cr.

XXI.

Actionem secundum articulum 22. C. Q. Cr. institutam laesus mutata voluntate interrumpere non potest.

XXII.

Articulus 437 C. Q. Cr. probationis vim iis tantum instrumentis tribuit, quae ab ipsis officialibus conscripta sunt.

XXIII.

Prudenter lex nostra fundamentalis legum promulgandarum tempus regi non praefinit.

XXIV.

Jus exterritorialitatis non obstantibus articulis 8° et 9° legis continentis praecepta generalia (Wet houdende Algemeene Bepalingen der Wetgeving van het Koningrijk) apud nos valet.

XXV.

Panis pretium a magistratu definiri non debet.

XXVI.

Minus eleganter BASTIAT (Harmonies p. 295): »*la Concurrence est la loi démocratique par essence.*"